

Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Secundum

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

De susurratione. Qu[a]estio 74.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38762

peccat fratri derrahendo , vel saltē ostendere , quōd ei detracō dispiceat per tristitiam faciei : quia, vt dicitur Proverb. vigesimoquinto, Ventus A- quilo dissipat pluuias , & facies tristis lingam de- trahentem .

Ad tertium dicendum , quōd utilitas quæ ex de- tracione prouenit, non est ex intentione detrahan- tis, sed ex Dei ordinatione, qui ex quolibet malo eli- cit bonum. Et ideo nihilominus est detractoribus re- sistendum , sicut & raptoribus , vel oppressoribus a- liorum, quamvis ex hoc oppressis , vel spoliatis, per patientiam meritum crescat.

QVÆST. LXXIV.

De susurratione , in duos articulos diuisa.

D Einde considerandum est de susurratione .

¶ Et circa hoc queruntur duo .

¶ Primo , virum susurratio sit peccatum distinctum à detractione ?

¶ Secundo , quod horum sit grauius .

ARTIC. I.

Virum susurratio sit peccatum distinctum à detractione?

405

Inf. 9.75 **A**D primum sic proceditur. Videtur, quōd susur- ar. 1. cor. ratio non sit peccatum distinctum à detrac- tione. Dicit enim Isidorus in libro * Ethymologiarum, le. 8.10.4. Susurro de sonu locutionis appellatur: quia non in- x 10. c. facie alicuius, sed in aure loquitur derrahendo. Sed 18. incip. loqui de altero detrahendo , ad detractionem per- sapit di- net. Ergo susurratio non est peccatum distinctum à detractione .

ante me. ¶ 2 Præterea, Leuitici 19. dicitur, Non eris cri- minator , nec susurro in populis . Sed criminator idem videtur esse quod detractor. Ergo etiam susur- ratio à detractione non differt.

¶ 3 Præterea, Eccles. 28. dicitur, Susurro & bi- linguis maledictus erit. Sed bilinguis viderur idem esse quod detractor : quia detractorum est duplique lingua loqui: aliter scilicet in absentia , & aliter in

in præsentia. Ergo susurro idem est quod detractor.
S E D contra est, quod Rom. 1. super illud, Susur-
tones, detractores, dicit * gloss. Susurrones inter ami-
cos discordiam seminarantes, detractores, qui aliorum
bona negant vel minuant.

R E S P O N D E O dicendum, quod susurro &
detractor in materia conueniunt, & etiam in forma,
sive in modo loquendi: quia uterque malum occulte
de proximo dicit. Propter quam similitudinem in-
terdum unum pro alio ponitur. Vnde Eccles. quin-
to, super illud, Non appelleris susurro: dicit* gloss.
id est, detractor. Differunt autem in fine: quia detra-
ctor intendit denigrare famam proximi: vnde illa
mala de proximo præcipue profert, ex quibus proxi-
mus infamari possit, vel saltē diminui eius fama.
Susurro autem intendit amicitiā separare, ut patet
per * gloss. inducā, & per illud quod dicitur Pro. 26 * in arg.
Susurronē subtrahit, iurgia conuiscunt. Et ideo su-
surro talia mala profert de proximo, quae possunt cōt-
tra ipsum commouere animum audientis, secundum
illud Eccl. 28. Vir peccator conturbabit amicos, & in
medio pacem habentium immitit inimicitiam.

Ad primum ergo dicendum, quod susurro, in qua-
tum dicit malum de alio, dicitur detrahere. In hoc
tamen differt à detractore: quia non intendit simpli-
citer malum diceret sed quicquid sit illud quod pos-
sit animū unius turbare contra alium, etiam si sit
simpliciter bonum, & tamen apparens malū, in qua-
tum displicer ei, cui dicitur.

Ad secundum dicendum, quod criminator differt,
& à susurronē & à detractore: quia criminator est
qui publicè crimina alijs imponit, vel accusando, vel
conuictando: quod non pertinet ad detractorem &
susurronem.

Ad tertium dicendum, quod bilinguis propriè di-
citur susurro. Cū enim amicitia sit inter, duos nitit
tur susurro ex utraque parte amicitiam rumpere: &
ideo duabus linguis utitur ad duos, vni dicens ma-

Sec. Sec. Vol. ij.

O lumen

gl. intert.
ibid.

* in arg.
Sed cert.

210 QVÆST. LXXIV. ART. II.
lum de alio . Propter quod dicitur Eccles. 28. Susur-
ro & bilinguis maledictus est . Et subditur, Multos
enim turbauit pacem habentes .

ARTIC. III.

*Vtrum detractio sit grauius peccatum, quam
susuratio?*

406

*Mal. 7.10
a. 3. ad 3.*

A secundum sic proceditur . Videretur, quod detra-
ctorio sit grauius peccatum, quam susuratio . Pec-
cata enim oris consistunt in hoc, quod aliquis mala-
dicit . Sed detractor dicit de proximo ea quæ sunt ma-
la simpliciter, quia ex talibus oritur infamia, vel di-
minuit fama . Susurro autem non curat dicere nisi
mala apparentia, quæ scilicet displiceant audienti . Et
go grauius peccatum est detractio, quam susuratio .

¶ 2 Præterea, Quicumque aufert alicui famam,
aufert ei non solum unum amicum, sed multos :
quia intellectus vniuersusque refutat amicitiam in-
famium personarum . Vnde contra quendam dicitur
¶ 2. Paralip. 19. His qui oderunt Dominum, amicitia
iungeris . Susuratio autem aufert unum solum ami-
cum . Grauius ergo peccatum est detractio, quam
susuratio .

¶ 3 Præterea, Iacob 4. dicitur, Qui detrahit fra-
tri suo, detrahit legi, & per consequens Deo qui est
legislator . Et sic peccatum detractionis videtur esse
peccatum in Deum, quod est grauissimum, ut supra
¶ 20. a. 3. habuit * est . Peccatum autem susurrationis est in-
et 1. 2. q. proximum . Ergo peccatum detractionis est grauius
73. ar. 3. quam peccatum susurrationis .

¶ 6. SE D contra est, quod dicitur Eccl. 5. Denotatio
pessima super bilinguem : susurratori autem odium
& inimicitia & contumelia .

a. 3. et 1. RESPONDEO dicendum, quod sicut supra dictu *
2. q. 73. a. est, peccatum in proximum tanto est grauius, quan-
to per ipsum maius nocumentum proximo infertur.
Nocumentum autem tanto maius est, quanto maius
est bonum quod tollitur . Inter cetera vero exteriora
bona præminet amicus ; quia sine amicis nullus vi-
uere

uere potest, vt pater per Philosophum in * 8. Ethic. l. 8. Ethic.
Vnde dicitur Eccles. 6. Amico fideli nulla est compa cap. 1. in
ratio. Fama autem ipsa quæ per detractionem tolli- prin. t. 5.
tur, ad hoc maximè necessaria est, vt homo idoneus
ad amicitiam habeatur. Et ideo susurratio est maius
peccatum, quam detrac^{tio}, & etiam quam con-
tumelia: quia amicus est melior, quam honor; &
amari, quam honorari: vt in * 8. Ethic. Philosophus
dicit.

Ad primum ergo dicendum, quod species & gra-
uitas peccati magis attenditur ex fine, quam ex ma-
teriali obie^cto. Et ideo ratione finis susurratio est
grauior; quamvis etiam detra^ctor quandoque peccato-
ra dicat.

Ad secundum dicendum, quod fama est dispositio ad amicitiam, & infamia ad inimicitiam. Dispositio autem deficit ab eo ad quod disponit. Et ideo ille
qui operatur ad aliquid, quod est dispositio ad ini-
micitiam, minus peccat, quam ille qui directe ope-
ratur ad inimicitiam inducendam.

Ad tertium dicendum, quod ille qui detrahit fra-
tri, in tantum videtur detrahere legi, in quantum con-
temnit præceptum de dilectione proximi: contra
quod directius agit, qui amicitiam disiumpere nititur.
Vnde hoc peccatum maximè contra Deum est:
quia Deus dilectio est, vt dicitur 1. Joan. 4. Et propter
hoc dicitur Prou. 6. Sex sunt quæ odit Dominus, &
septimum detestatur anima eius: & hoc septimum
ponit cum qui seminat inter fratres discordiam.

QVÆST. LXXV.

De derisione, in duos articulos divisâ.

Deinde considerandum est de derisione.

¶ Et circa hoc queruntur duo.

¶ Primo, vtrum deriso sit peccatum speciale, di-
stinctum ab alijs peccatis, quibus per verba no-
cumentum proximo infectur?

¶ Secundo, vtrum deriso sit peccatum mortale?